

- 1 175 **Ades**¹ parumper / verbaque **exaudi** mea.//
 Nil turpe **loquimur** :// hac manu poenas tibi
solvam / et nefando pectori **ferrum inseram**,/
 animaque **Phaedram** pariter ac scelere **exuam** ;//
 et te (per undas) (perque Tartareos lacus),
- 1 180 (per Styga), (per amnes igneos) **amens sequar**. //
Placemus umbras :// **capitis exuvias cape** /
laceraeque frontis accipe abscisam comam.//
 Non **licuit** animos **jungere**, / at certe **licet**
junxisse fata.// **Morere**, [**si casta es**], viro ;
- 1 185 [**si incesta**], amori. // **Conjugis thalamos petam**²
 tanto **impiatos** facinore ?// **Hoc derat nefas**³,
 [ut vindicato **sancta fruereris**⁴ toro].//
 O mors **amoris** una sedamen **mali**,
 o mors **pudoris** maximum **laesi** decus,
- 1 190 **confugimus** (ad te) :// **pande placatos sinus**.//
Audite, Athenae, tuque, funesta pater
 pejor noverca :// **falsa memoravi** / et **nefas**,
 [quod **ipsa demens** pectore insano **hauseram**],
mentita finxi.// **Vana punisti**, pater,/
 1 195 **juvenisque castus** crimine incesto **jacet**,
pudicus, insons -// **recipe**⁵ jam **mores tuos**.//
 Mucrone **pectus impium** justo **patet** /
crurorque sancto **solvit inferias** viro.//

¹ *Ades* : impératif présent 2 sg. Dans ce vers, Phèdre s'adresse à Hippolyte.

² *Petam* : subjonctif présent à valeur d'indignation.

³ *Derat* = *deerat* / *hoc nefas... ut* : ce sacrilège, à savoir que...

⁴ *Fruereris* :

⁵ Phèdre s'adresse à nouveau à Hippolyte.